





Ἐπεὶ δὲ ἡμεῖς ἰατροὶ ἡμῶν.
EX DECRETO AMPLISS.
CLARISS. q; VIRORUM,

Dn. SIGISMUNDI
SCHILLINGII, Faculta-
tis Medicæ DECA NI, & hoc tem-
pore PROCANCELLARII ac PROMOTO-
RIS, cæterorumq; ejusdem Ordinis Doctorum in-
clynâ in Academia LIPSENSI, ad diem XXX. Mar-
tij, horâ IIX. in maximo Collegij Principum
majoris aroaterio,

PRÆSIDE

D. JOANNE SIGLICIO,
Vicedecano, duo subscripti artis
Medicæ Candidati, subjunctas QVAESTIO-
NES juxtâ cum PROBLEMATIBUS publicè enar-
rabunt, & argumenta à Dn. Vicedecano objecta
refutabunt: idq; ad impetrandum LICENTIAM
adeundi Doctorum Medicæ artis gradum
summæq; titulum dignitatis.

L I P S I Æ,
JOHANN. GLÜCK exprimebat.

50.

QVÆSTIO CHEIRVRGICA I. declaranda
à M. IOHANNÈ RVPERTO SVLTZ-
BERGERO GRAEZENSI STYRO, artis
Medicinæ BACCALAVREO.

QUUM ξ Hippocrati ξ Celso τ ἀπὶ χη-
μα (qui quintus cranij fracturarum mo-
dus) doceatur esse, quum evenit, ut
quis alterâ parte capitis fuerit ictus obtuso telo,
 ξ os alterâ fiderit, ubi cutis integra nec vulnus
appareat, vulneratus quoq; nec dolorem neq;
tumorem ibi persentiat; unde ξ fractura talis
(utpote quæ ab initio latens ξ non cognita, post-
eâ sit immedicabilis ac funesta) ἡ ξυμφορὴν calamita-
ris divino Seni, ruina FERNELIO τῷ πάνυ ap-
pellatur: Et verò calvaria ossa plura sint, eaq;
διὰ ῥαφῶν invicem conjuncta:

Anne aliâ sui parte idem quod percussum
fuit, rumpatur os, an verò aliud in parte oppo-
sitâ, ξ quânam de causâ?

PROBLEMA ANATOMICVM I.

Sitne ἀδελφιξία mammarum & uteri per σωμα-
νασόμωσιν venarum Epigastricæ & Mammariæ,
circa umbilicum?

QVÆSTIO CHEIRURGICA II. explicanda

à M. MICHAËLE LANTZENBERGERO

LIPSENSI MISNICO, Medicæ

artis BACCALAVREO.

QUum in curatione fractorum ossium, die septimo demum à primâ deligazione, ferulas apponat Hippocrates, eo nimirum tempore, quo omnis jam sopitus est dolor, qui in principio affligebat, omnisq; abiit inflammationis metus, necessitas autem membrum fractum constabiliendi urget:

An rectè faciant vulgares cheirurgi, qui etiam primo die, nullâ præmissâ subfasciatione, aut vix unius lintei vel splenij, cataplasmate suo ex resolventibus composito, quod ipsi Warmband vocant, imbuti qualicunq; circumvolutione, asfulas adhibent?

PROBLEMA ANATOMICVM II.

Sitne major inter cubiti sinistri, quàm dextræ, venas & lienem communio?

A 2 COMMU.

COMMUNITAS COLLEGII
DOCTORUM ARTIS MEDICÆ
IN ACAD. LIPSICA S. D.
LECTORIBUS.

*Inventum, MEDICINA, DEI est, Medi-
cusq; peritus*

Rectè mortalis dicitur esse DEUS.

*Hoc Medico, hoc commune DEO, quòd uterq;
Auxiliiatrices detq; feratq; manus. (misellis*

Scilicet immensâ bonitate & con-
didit DEUS, ὁ δεχίατε & φιλόανθρωπο
καὶ πολυέλεο, infinitam remediorum
vim ac varietatem, & artem monstravit rite proffi-
gandi morbos ac confirmandi valetudinē, in tantâ
naturæ hominum infirmitate. Gratâ igitur mente
& agnoscendum est evidens istud divini amoris er-
ga nos, providentiæ, ac benignitatis testimonium,
& propter DEUM tum doctrina & ars Medica ma-
gno æstimanda, quæ tota est in benefaciendo alijs
occupata, & quâ carere hæc fragilis atq; caduca &
innumerabilibus morbis ac miseriis obnoxia ho-
minum

minum vita non potest, tum præcipuè in honore
ac pretio habendi sunt, imò numinis instar suspi-
ciendi professores atq; cultores hujus, ἰσόθεοι, utro-
τε σωεργοί, administri divinæ providentiæ, ac pro-
mi condi rerum opumq; divitis Naturæ.

ἰατρὸς ᾧ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων,

Vir multis aliis Medicus pretiosior unus,

enimverò non minùs verè quàm eleganter Smyr-
næi vatis oraculum canit. Etsi autem ἰατρικὴ, ars

Medica, ἐπανορθωτικὴ magis attritæ & vitium fa-
cientis rei, quàm novi alicujus operis δημιουργικὴ,

radicem & fontem malorum non tollit; morbis
ipsis certè πρᾶξις ἢ παρηγορίας salutare adhi-

bens, luentibus nobis hâc in vitâ pœnas peccato-
rum dolores corporum lenit, & præstat ne crucia-

tibus impediant perpetui necessarias in vitâ actio-
nes, aut ne protinus dolore fractis morbòve confe-

ctis mors obrepat: quo sanè ipso & nos commone-
facit τὴν ἀπλυτρώσεως τῶν σώματων ἡμῶν, de integrâ

& perfectâ liberatione ac transitu in portum æter-
næ beatitudinis, cujus spe indubitatâ freti, δεινῶς

βασανιζόμενοι, inter cruciatuum tormenta, placi-
diùs feramus præsentia ἢ τὸ μόρσιμον.

Cæterùm quoniam pars muneris nostri est,
contra errorum agmina, τῆς ἀπειρίας συρφετόν,
providere ne periculosa opus aleæ, medicinam fa-
cere, præterquam commendatis testimonio pu-
blico contingat, inspicere & gubernare discen-
tium studia, testimoniisque ceu meritis studio-
rum præmiis ornare atque evehere eos, quorum
spectata Nobis & explorata est industria & pro-
fectus; Et verò duo Candidati, eruditione jux-
tà & virtute præstantes viri, quibus gratia cun-
ctorum Medicorum Principis DEI Opt. Max. fa-
cultatem contulit μετάγιν τῶ σοφίῳ ἐς τῶ in-
τεχνῶ, ἢ τῶ inτεχνῶ ἐς τῶ σοφίῳ, præclarum
specimen ingenij, doctrinæ, industriæ, Legendo ac
Disputando hætenus publicè, privatim autem in
Examine acri & severo, ediderint: digni à Collegio
nostro judicati sunt, quibus, (quod feliciter eveni-
re velit propitij DEI benignitas, rectorum studio-
rum βραβεύτῃ!) usitato in Academiis more, publi-
câ & solenni renuntiatione habitâ, facultas ac, ut
vocant, LICENTIA suscipiendi gradum & insignia
Doctorum in arte Medicâ, tribuatur.

Cumq; renuntiationem eam testimonij ἢ ἀξιώ-
ματῶ, in frequentia fieri aliquâ conveniat, roga-
mus,

mus, hortamur, invitamus quàm humaniter omnium Ordinum viros doctos ac bonos, inprimis opt. disciplinarum & artium Studiosos universos, ut indicato loco & tempore præsentiam congressum hunc suam ornare cohonestareque velint, atque hoc officio cum pietatem suam adversus DEUM æternum, fontem sapientiæ & omnis salutaris medicationis, tum reverentiam erga honestissimam & plenam dignitatis atque usus professionem Medicam testari. Philiatros verò ac Medicinæ discipulos STATUTA commonent, ut auditam horam VII. ἑωθινήν apud Vicedecanum conveniant, & decenti comitatu Magnificum Dn. PROCANCELLARIUM ad locum Promotionis nobiscum prosequantur; officium præstituri cum Nobis & Candidatis observantiæ & humanitatis plenum, tum verò sibimetipsis honorificum, & ad cunctos futurum spectatores laudabile.

Oramus denique Dominum JESUM, Medicum Samaritanum, quem in campo Samariæ vidit Iacob innixum scalæ, quiq; vino lavat faucij viatoris vulnera, & in ea balsamum infundit, & ægrum humeris gestat suis, ut hic Filius DEI, λόγος καὶ εἰκὼν αἰδίου ἔαίδιος Πατρὸς, μεσίτης καὶ ἰκέτης, excisam

excisam

excisâ radice, id est, peccato extirpato, nos συμ-
φύτης καὶ συσώμας, massæ sui corporis insertos
fide, tanquam surculos, integrè restituat, S. Spiri-
tu suo gubernet jugiter, ac tempore τῆς παλιγγε-
νεσίας καὶ ἀποκαταστάσεως πάντων donet vitâ &
lætitiâ æternâ: det intereâ pacem Germaniæ, *opti-
mam rerum,*

*Quas homini novisse datum est, unamq; triumphis
Innumeris potiozem;* atq; in præsentibus peri-
culis & confusionibus generis humani, imperio-
rum & Ecclesiæ dilacerationibus & ærumnis in-
gentibus, invicto numine suo conservet ac prote-
gat Ecclesias & Scholas harum regionum, & in
eis verè ac salutaris doctrinæ ἀδιαφθορίαν: Sereniss.
Principis, Ἰωαννουαυγουστίνου, τριφθέως, δὲ ἐργέτα ἡμῶν,
vitam, salutem, fortunas, liberos, totius domus in-
columitatem, in gubernationis prosperæ perpetuâ
felicitate, assiduò sibi commendatam habeat: no-
stras itidem sui Spiritus numine regat & adjuvet
medicationes, ut sint salutare utentibus.

Ἐρρωθε ἐν Χειρῶ. PP. die Martij XXVI
qui erat Dominicus LAETARE, anno Christiano
supra M. D. C. XX.

Δόξα μόνῳ Χειρῶ τῷ Κυρίῳ, ἰατρῷ ἡμῶν.

